

FEBRUARIUS.

- 1 Kalendis Februarij.
- 2 Quarto nonas Februarij.
- 3 Tertio nonas Febru.
- 4 Pridie nonas Februar.
- 5 Nonis Februarij.
- 6 Octauo idus Februar.
- 7 Septimo idus Febr.
- 8 Sexto idus Febr.
- 9 Quinto idus Febr.
- 10 Quarto idus Febru.
- 11 Tertio idus Febr.
- 12 Pridie idus Febr.
- 13 Idibus Februarij.
- 14 Sextodecimo Kalen. Martij.
- 15 Decimoquinto Kalend. Mart.
- 16 Decimoquarto Kalend. Mart.
- 17 Tertiodecimo Kal. Mart.
- 18 Duodecimo Kal. Mart.
- 19 Vndecimo Kal. Mart.
- 20 Decimo Kal. Mart.
- 21 Nono Kal. Mart.
- 22 Octauo kal. Mart.
- 23 Septimo kal. Mart.
- 24 Sexto kal. Mart.
- 25 Quinto kal. Mart.
- 26 Quarto kal. Mart.
- 27 Tertio kal. Mart.
- 28 Pridie kal. Martij.

MARTIVS.

- 1 Kalendis Martij.
- 2 Sexto nonas Martij.
- 3 Quinto nonas Martij.
- 4 Quarto nonas Martij.
- 5 Tertio nonas Martij.
- 6 Pridie nonas Martij.
- 7 Nonis Martij.
- 8 Octauo idus Martij.
- 9 Septimo idus Mart.
- 10 Sexto idus Mart.
- 11 Quinto idus Mart.
- 12 Quarto idus Mart.
- 13 Tertio idus Mart.
- 14 Pridie idus Martij.
- 15 Idus Martij.
- 16 Septimodecimo Kalend. Aprilis.
- 17 Sextodecimo kalend. Aprilis.
- 18 Decimoquinto kal. Aprilis.
- 19 Quartodecimo kal. Aprilis.
- 20 Decimotertio Kal. Aprilis.
- 21 Duodecimo Kal. Aprilis.
- 22 Vndecimo kal. Aprilis.
- 23 Decimo kalend. Aprilis.
- 24 Nono kal. Aprilis.
- 25 Octauo Kal. Aprilis.
- 26 Septimo Kal. Aprilis.
- 27 Sexto Kalend. Aprilis.
- 28 Quinto kalend. Aprilis.
- 29 Quarto kalend. Aprilis.
- 30 Tertio kalend. Aprilis.
- 31 Pridie Kalend. Aprilis.

11 Et ex hoc indictio, & est vt addas annis Christi 3. & diuidas per 15. quod superest est indictio. Exemplum veluti volo in anno 1538. indictionem: addo 3. fit 1541. diuido

per 15. superfunt 11. ex diuisione igitur indictio est 11. & nota quod sicut Aureus numerus, & Epacta, incipiunt à Martio eiusdem anni, ita quod per duos menses post initium anni: ita indictio incipit in mense Septembri antecedentis anni: vnde dicemus quod in anno 1538. de mense Octobris, est indictio 12. & non 11. quia finitus est annus indictionis, qui incipit in anno 1537. de mense Septembris per contrarium dicemus quod in mense Februarij 1538. Aureus numerus est 18. & Epacta 18. quia nondum incepit annus 1538. quia nondum peruenimus ad mensem Martij.

Ex his tandem habebis coniunctionem¹² Solis & Lunæ, & oppositionem, & quadraturam, cum Epactâ habitâ per sextum adde numerum kalendarum à Martio incipientium, & totum subtrahe à 30. & residuum est numerus dierum coniunctionis in tali mense, quod si sit minus 15. detrahe à 15. & residuum est numerus dierum oppositionis: & similiter si excedit 30. subtrahe à 45. residuum est numerus dierum oppositionis: de media semper intellige: habito die oppositionis vel cōiunctionis dies octaua ab illis est dies quadrati: exemplum in anno 1538. Epacta est 29. volo scire de mense. Augusti coniunctiones & oppositiones & quadrata, addo ad 29. 6. prokalendis à Martio ad Augustum, fiunt 35. demo ex 45. remanent 10. igitur die 10. erit oppositio, siue plenitudo Lunæ: detraho 35. ex 60. fit 25. igitur die 25. erit coniunctio Lunæ, & quia oppositio fuit in decima die addendo 7. erit quadratura in die decimaseptima & similiter detrahendo 7. à 10. remanent 3. igitur alia quadratura erit in tertia die Augusti & hoc de mediis quæ valde veris aspectibus sunt propinquæ intelligatur.

Et ex hoc locus Lunæ habito loco Solis¹³ in gradu signi per quartum habeas dies à coniunctione, & eos multiplica per 4. & diuide per 9. quod exit sunt signa & partes signorum: continet autem signum hîc gradus 30. Exemplum volo locum Lunæ quintâ decimâ die Augusti anni dicti, coniunctio per præcedentem fuit decima die superatio sunt dies 5. auco in 4. fiunt 20. diuido per 9. exeunt 2. & $\frac{2}{9}$: cuiuslibet autem nonæ parti de 30. dabis gradus 3. igitur erunt signa 2. & gradus 6. addenda loco Solis, qui fuit per quartam in Virginis gradu tertio igitur Luna erit iuxta 9. gradum Scorpij tunc, hæ rationes licet non sint admodum præcisæ, multum tamen sunt aliquando necessaria, & iocundæ scitu, quæ autem sequitur exactior est quoniam Pascha & Festa Mobilia potius mediam quam hîc docui, quam veram Lunæ coniunctionem, sequuntur: quæ in Ephemeridibus demonstratur.

Et ex hoc Carnis priuium vtrumque &¹⁴ dies Paschæ, & Quadragesimæ initium, & finis docebitur: habeas per duodecimam coniunctionem Lunæ de mense Februarij, & scies quâ die currit per octauam & si fuerit die Martis, proximus sequens dies Martis erit carnis priuium Romanum, & si alia die erit omnino in proximo die Martis Carnis priuium Romanum: quo habito dies